Quelle:
Copyright:



dicta"; Secundus de S. Magdalena? Rogabat Jesum etc. Quod omnis terra plena sit." Nil de utroque Sermone Appalter, vel Hieronymo Perius, qui Haselbachii opera recensent.

5.

Tract: de arte moriendi " 331a–341a

Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de presentis exilii." In fine: "Explicit tractatus de arte moriendi anno 1434. Vide Cod: CXXXIII. n. 7.

6.

S. Augustini Specul. mortis. " 341b–347a

S. Augustini speculum mortis. Titulus est: "Incipit speculum mortis S. Augustini." initium: "Quoniam karissimi in via hujus fugientis vite sumus." In fine legitur: "Explicit speculum mortis S. Augustini ao 1434." Extat istud speculum inter opera S. Augustini Paris: 1685. Fol. T. 6. in Append: p: 155, ubi vocatur Speculum peccatoris, & inter opera supposita S. Augustino meritò rejicitur; incerti enim, et S. Augustini ætate multo posteriores authoris esse ibidem in admonitione præmissa docent editores Mauriani. Ab Oudino autem tribui Hugoni de Folietto dicit Fabric: Bibl: med. & inf: latinit: T. III. pag: 294.